



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 28. Decretum de unica nonnisi Synodo habenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.  
A. C. 1432.

## §. XXVIII.

*Decretum de unica nonnisi Synodo habenda.*

*Idem ibid.*  
p. 498.

Postmodum adhuc aliud Decretum con-  
dunt, in quo Patres declarant, quod *sic*  
*unica est Ecclesia sancta, & Catholica, Christi*  
*eius Sponso dicente: Cant. 6. UNA EST*  
*COLUMBA MEA PERFECTA MEA, & fide*  
*articulo hoc profitente, cum unitas divisio-*  
*nem non capiat, sic esse non potest, nisi uni-*  
*cum generale Concilium, ipsam sanctam Ec-*  
*clesiam Catholicam repræsentans. Cum ergo*  
*in hac civitate Basileensi decretis sacrorum*  
*Conciliorum Constantiensis & Senensis, &*  
*duorum Romanorum approbatione Pontifi-*  
*cum, Martini V, & Eugenii IV. generalis*  
*Concilium institutum, & stabilitum sit, con-*  
*stat aliud generale Concilium, isto durante,*  
*alibi esse non posse. Quicumque ergo aliam*  
*Congregationem sub nomine generalis Con-*  
*cilii erigere præsumpserit schismaticorum con-*  
*venticulum facere convincitur. Idcirco San-*  
*cta Synodus omnes Christi fideles, cujuscunque*  
*status, aut dignitatis, etiamsi Papalis, Imper-*  
*ialis, vel Regalis existant, in virtute sanctæ*  
*obedienciæ, & sub pænis contra schismaticos*  
*a jure indictis, districtè præcipit, ut talem*  
*congregationem impediant, hoc sacro Basile-*  
*ensi durante Concilio. Si quis autem Bo-*  
*noniam, vel ad aliquem locum sub nomine Ge-*  
*neralis Concilii præsumat accedere, senten-*  
*tiam*



tiam excommunicationis, & privationis suorum beneficiorum incurrat ipso facto. Synodus in alio decreto declarat, quod quicumque attentaverit a Romano Pontifice impetrare, aut etiam acceptare aliquod beneficium alicujus ex adherentibus huic Concilio, sit omnibus beneficiis privatus, & ad obtinendum in futurum inhabilis. Tandem tertio decreto prohibetur Eugenius Papa, ne terras, & castra Romanæ Ecclesiæ alienaret, prout tamen de illis distrahendis varios tractatus habuisse dicebatur; cautum denique, ne nova tributa Romanæ Ecclesiæ ditionibus, vel aliis imponeret, si fecus faceret, ea irrita prorsus ac nulla declarantur.

## §. XXIX.

*Imperatoris edictum de tuenda Synodo.*

Ut ejusmodi decreta Synodi Patres tanta fiducia conderent, inde ortum traxit, quod comperissent, Sigismundum Senensis existentem die vigesima secunda Novembris diploma promulgasse, quo subditis suis omnibus testatum fecerat, se ab initio favisse Basileensi Concilio, & impotenter se eidem pro viribus patrocinaturum, nec unquam permissurum, ut illius auctoritas, atque libertas quovis pacto labefactaretur, Accesserat Senas idem Impera-

Sæcul. XV.  
A. C. 1432.Labbe Conc.  
tom. 12. p.

499.

Pag. 500.

Labbe Conc.  
to. 12. p 464.  
append. I.